Fragmentarium



onis audiuimus. Et dicit ei. sequere me. Acsi aperte dicat
qui ipse prius pro tua redemptione. crucis suppliciū subire non
timui. cur tu pro mei confessione nominis crucem pati formi
des. qui eo gloriosiore martyrii palma clarificaberis. quo in
hac promerenda magistri iter sequeris. Iam uero ab euan
gelista non subditur. quid posthaec dicta. dn̄s et discipuli fe
cerint. sed ex eo tamen innuitur quod subiungitur. Con
uersus petrus. uidit illum discipulum quem diligebat ihc̄
sequentem. Patet namq; quia cum dixisset petro. sequere
me. idest crucem patiendo imitare. surrexit de loco conuiuii.
et abire iam coepit. Secutus ē autem eum petrus. etiam
incessu pedum. cupiens implere quod audiuit. sequere me.
Secutus et ille discipulus. quem diligebat ihc̄. Neq; enim ar
cendum se a consectatu xp̄i putabat. qui non minore se
gratia dilectionis. a xp̄o complexum nouerat. Neq; incre
dibile ē ideo utrumq; discipulū corporali gressu. uestigia
dn̄i secutum quia necdum intellexerat quid significaue
rit. in eo quod petrum se sequi praecepit. Notum autē xl
noui urāe fraternitati. qui sit ille discipulus. quem diligebat
ihc̄. Iohannes uidelicet ipse. cuius hodie natalicia festa
celebramus. qui hoc scripsit euangeliū. atq; ideo suam

License: cc-by-nc – St. Gallen, Stiftsarchiv (Abtei Pfäfers), Cod. Fab. XIII, Front paste-down – Homiliarium Pauli Diaconi (https://fragmentarium.ms/view/page/F-7nc4/1767/21414)